

**GALLUS**  
**ASSERUNT QUIDAM**

(editio critica)

Cod. O — bibl. Capit. Metrop. Pragensis O 13, f. 97r–100v

Cod. D — bibl. Capit. Metrop. Pragensis D 109.2, f. 150v–156v

Cod. Mk — bibl. Univ. Brunensis Mk 98, f. 153v–158r

O 97r  
D 150v  
Mk 153v

1 || In nomine Domini amen. | Asserunt quidam corpus Christi manducare et sanguinem eius bibere sub speciebus sacramentalibus esse preceptum et necessitatis et probare volentes ponunt primo hanc conclusionem: „*Magna cena sacramentalis, quam fecit quidam homo, ymmo Deus et homo, ex cibo et potu sacramentalibus ad sumendum Christi sacerdotibus et plebibus, dum comode haberi potest oportunis loco et tempore, est precepta.*“

Contra hanc conclusionem admissio illo, quod cena sacramentalis vocetur cena magna (quod tamen restaret probare, quia sancti doctores dicunt cena Dominica, ut patet per Augustinum in Epistola ad Ianuarium; illam vero beatitudinem eternam, quam expectamus, dicunt cenam magnam fundantes se in verbo Ewangelii Luce 14: „*Quam nemo virorum illorum, qui vocati sunt et renuerunt venire, gustabit*“), arguitur pro falsitate conclusionis: *Magna cena sacramentalis* etc. non est precepta, ergo nec *dum comode haberi potest oportunis loco et tempore* etc. est precepta. Consequencia tenet a superiori negato ad inferius, si non stet oppositum consequentis *dum comode haberi potest loco et tempore* etc., est precepta. Hec consequencia est adherencium huic oppinioni — ergo *precepta*. Quod non stat cum primo antecedente, scilicet illo *Magna cena sacramentalis non est precepta*, quia est in forma contradiccio. Et quod antecedens primum, scilicet illud *Magna cena sacramentalis non est precepta*, sit verum, patet ex verbis beati

1 In nomine Domini amen : Scriptum cuiusdam Galli presbiteri, quondam predicatoris in Bethleem, contra communionem utriusque speciei D : om. Mk — 3 conclusionem : questionem Mk — 7 conclusionem : questionem Mk — 12 pro : sic, quod O — conclusionis : questionis Mk — etc. om. D — 13 etc. om. D, Mk — 16 Hec...oppinioni add. m. sin. O : om. D — adherencium : taliter herencium Mk — 17 cena sacramentalis : sacramentalis cena Mk

3 Iacobellus de Misa, *Magna cena, editionis criticae in hoc volumine p. 131*

9 cf. Aurelii Augustini Ad inquisitiones Ianuarii librum primum seu Epistolam LIV, c. VII, MPL 33, 204

10 cf. e.g. Aurelii Augustini De correctione Donatistarum seu Epistolam CLXXXV (ad Bonifacium), c. VI, MPL 33, 803–804

11 cf. Luc. 14,24

Augustini ad Ianuarium, ut ponitur in canone distincione XII<sup>a</sup>: „*Illam vero, que* 20  
 D 151r *non sunt scripta, sed tradita, custodimus, que quidem toto orbe terrarum | obser-*  
*vantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est*  
*in ecclesia saluberima auctoritas, comendata atque statuta retineri, sicut illud*  
*quod Domini passio et resurreccio et ascensio in celum, adventus Spiritus Sancti*  
*anniversaria solemnitate celebrantur, et si quid tale aliquid occurrerit, quod* 25  
 Mk 154r *conservetur ab universis, quocunque se diffuderit ecclesia. Alia vero que per*  
*loca terrarum regiones|que variantur, sicuti est, quod alii ieiunant sabbato, alii*  
*non, alii vero cottidie communicant corpori et sangwini, alii certis diebus ac-*  
*cipiunt, et si quid aliud huiusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum*  
*liberas habet observaciones. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos* 30  
*mores esse convincitur, indifferenter est habendum, et pro eorum, inter quos con-*  
*vincitur, societate servandum est.“ Et quod habent libertatem ad comunicandum*  
*et non preceptum, idem declarat, ut habetur De consecracione distincione II<sup>a</sup>,*  
*capitulo „Cottidie eukaristiam“, et pro confirmacione istius sunt verba beati*  
 Augustini, que scribit Ad inquisitiones Ianuarii et habentur distincione XII<sup>a</sup>. 35  
 Eciam istud antecedens manifeste patet ex verbis Gorre super Iohanne sic dicen-  
 tis: „*Queritur de hoc, quod dicit: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et*  
*biberitis eius sangwinem, non habebitis vitam eternam. Ex hoc videtur, quod sa-*  
*cramentum eukaristie sit necessitatis et quod nullus sine eo possit salvari. Contra:*  
*Aut intelligit de vita gracie, aut de vita glorie. Gracie non, quia qui digne vult* 40  
 O 97v *accedere, prius debet habere vitam gracie, ergo eam non habet per manducacio-*  
*nem sacramentalem. Nec vitam glorie, | quia si potest habere vitam gracie sine*

20 Ianuarium em. : Ieronimum codd. — 25 anniversaria : anniversalia Mk — 26 conservetur :  
 observetur D — 29 aliud em. sec. Augustinum atque Gratianum : alii codd. — 32 est : est. Mater mea  
 me Mediolanum secuta me invenit eciam sabbato non ieiunantem; ceperat fluctuare, que ageret.  
 Tunc ego consului de hac re beatissime memorie Ambrosium episcopum. At ille ait: „Cum Romam  
 venio, ieiuno sabbato, cum autem Mediolani sum, non ieiuno. Sic autem et tu, ad quam ecclesiam  
 veneris, eius morem serva. Si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi.“ (continuatio  
 loci) Mk : ad verbum est add. signum omissionis, textu autem caremus O — 35 habentur : habetur  
 Mk — 36 Eciam : Et D — manifeste patet ex verbis : patet ex verbis manifeste O — Iohanne : Iohan-  
 nis D — 37 Filii hominis om. O, D — 38 eius om. O, D — 39 possit : posset Mk — 40 Aut intelligit  
 : autem intelligit O, Mk

20 Aurelius Augustinus, Ad inquisitiones Ianuarii liber primus seu Epistola LIV, c. I–II, MPL 33,  
 200 = D. 12 c. 11, Friedberg I, 29–30

34 cf. De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1318 = Pseudo-Augustini De ecclesiasticis dogmatibus  
 liber Gennadio tributus, c. XXIII (al. 53), MPL 42, 1217

35 cf. Aurelii Augustini Ad inquisitiones Ianuarii librum secundum seu Epistolam LV, c. XIX,  
 MPL 33, 221–222 = D. 12 c. 12, Friedberg I, 30

37 Bonaventura, Commentarius in Evangelium s. Iohannis, c. VI, Opera omnia VI, Quaracchi 1893,  
 334; cf. Stegmüller, F.: Repertorium biblicum Medii Aevi II, Matriti 1950, n. 1778, p. 211–212,  
 IV, Matriti 1954, n. 5782, p. 41

*ista manducacione, potest et glorie. Et sicut dicunt sancti doctores et alii | viri* D 151v  
*sciencia illuminati, est manducacio spiritualis et est manducacio sacramentalis.*

- 45 *Spiritualis per fidem et caritatem, unde Augustinus: Crede et manducasti. Sa-*  
*cramentalis sub sacramento, sine sacramentali potest esse salus*<sup>a</sup>, ut Augustinus  
 deducit scribens Bonifacio contra Pelagianorum heresim et habetur De consecra-  
 cione distincione IIII<sup>a</sup>: „Nulli aliquatenus ambigendum est, tunc unumquemque  
 fidelium corporis sangwinisque Domini participem fieri, quando in baptisate  
 50 *membrum corporis Cristi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque | con-* Mk 154v  
*sorcio, eciamsi antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc seculo*  
*in unitate corporis Cristi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participa-*  
*cione ac beneficio non privatur, quando ipsum hoc, quod ipsum sacramentum est,*  
*invenitur.*“ Et per adversarium, si preceptum esset, tunc lex esset, sed non est lex  
 55 ergo nec preceptum. Patet consequencia ex verbis Ambrosii in libro De viduis,  
 ubi sic dicit: „Etenim preceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Ubi  
 preceptum est, lex est, ubi consilium est, gracia est. Preceptum, ut ad naturam  
 revocet, consilium, ut ad gratiam provocet. Et ideo Iudeis lex data est, gracia  
 autem electoribus servata est.“ Et beatus Gregorius 22<sup>o</sup> Moraliu[m] capitulo 21<sup>o</sup>  
 60 ostendens, ubi est preceptum et lex et ubi non, dicit: „Timenti adhuc populo lex  
 est transmissa per servum, diligentibus vero filiis ewangelii est gracia collata per  
 Dominum.“ Et idem Gregorius late loquitur de lege 10 Moraliu[m] capitulo VI<sup>o</sup>  
 adducens verba Cristi Iohannis XV<sup>o</sup> et Apostoli Romanorum XIII<sup>o</sup> et ad Gallatas  
 VI. Ex hiis auctoritatibus multa correlaria possent inferri, quod conclusio est fal-  
 65 sa, que causa brevitatis comitto intelligentibus et quasi per se nota.

47 Pelagianorum : Pellegianorum D — 49 sangwinisque : et sanguinisque Mk — 52 abscedat : accedat Mk — 53 sacramentum est : est sacramentum D — 54 lex esset : esset lex D — 62 VI<sup>o</sup> : V<sup>o</sup> Mk — 65 nota : nota et plana D

48 De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405, *cf. etiam* De consecr. D. 2 c. 36, Friedberg I, 1326–1327; *cf.* Aurelii Augustini Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Romanæ ecclesie episcopum, l. I, c. XXII, MPL 44, 570; *vide etiam* Girgensohn, D.: Peter von Pulkau und die Wiedereinführung des Laienkelches, Göttingen 1964, 241, adnotatio 123; Kadlec, J.: Studien und Texte zum Leben und Wirken des Prager Magisters Andreas von Brod, Münster 1982, 254, adnotatio s; *et* Damerau, R.: Texte zum Problem des Laienkelchs. Nicolaus von Dinkelsbühl (1360–1433): I. Tractatus contra errores Hussitarum, II. De sub utraque, Gießen [1969], 256, 317, adnotatio 30, 31

56 Ambrosius, De viduis, c. XII, MPL 16, 256

60 Gregorius Magnus, Moraliu[m] libri sive Expositio in Librum b. Job, l. XXII, c. XVIII, MPL 76, 239

62 *cf.* Gregorii Magni *o.c.*, l. X, c. VI, MPL 75, 922

63 *cf.* Ioh. 15,12

63 *cf.* Rom. 13,10

63 *cf.* Gal. 6,2

- D 152r | Item volentes probare hanc conclusionem supponunt, quod *hec Dominica cena sit generalis et summa medicina cristianis spiritualiter infirmis et fragilibus, sine tamen mortali peccato existentibus in quocunque statu fidelium*. Hec suppositio pro prima sui parte est falsa, quia hec cena non est generalis medicina infirmorum, nam si alia non esset prior in peccatore, hec ipsum mortificaret; patet de 70  
luda et patet per Apostolum 1<sup>a</sup> Corinthiorum XI: „*Ideo inter vos multi infirmi et inbecilles et dormiunt multi*“ (Augustinus: „*moriuntur morte corporali*“). Presupponit ergo aliam medicinam, scilicet cor contritum vel dolorem pro peccatis et intencionem non peccandi, de qua dicit propheta Psalmo L: „*Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet.*“ Si enim ista non esset, manducatio sacramentalis esset ad mortem, ut Apostolus testatur ubi supra, et per Augustinum et Ambrosium in glosa super ista verba Apostoli et ex verbis | Augustini 1<sup>a</sup>, questione 75  
Mk 155r 1<sup>a</sup>: „*Errant, qui crebra oblacione sacrificii se putant posse mundari non cessantes impie agere.*“ Sed dicerent: Est medicina illis, qui sunt | sine peccatis mortalibus. Si sic, tunc probacio supposicionis est nulla, ymmo false verba Cristi 80  
O 98r Mathei IX sunt adducta, que dicunt: „*Non est opus valentibus medico, sed male habentibus*“, quia male habentes sunt homines mortaliter peccantes et valentes sunt sine peccatis mortalibus Deo servientes, ut probat ibidem Cristus dicens: „*Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitenciam.*“ Ex hoc patet, quod 85  
D 152v claudicant in supposicione et eius probacione, quia si medicus Cristus tantum vocaret peccatores sine peccatis mortalibus et illis tantum vellet dare summam | et generalem medicinam, verba ewangelistarum et sanctorum expositorum transirent, quia Luce XV dicitur: „*Erant apropinquantes ad Iesum publicani et peccatores, ut audirent illum*“, scilicet tamquam verum medicum animarum. Non dicit ewangelista sine peccato mortali existentes. Ex hiis per modum correlarii potest re- 90

66 conclusionem : questionem Mk — 67 spiritualiter : specialiter D, Mk — 76 Augustinum : Ambrosium et per Augustinum Mk — 79 dicerent : diceret D — 80 Si : Sed D — 85 Cristus om. Mk

66 Iacobellus de Misa, o.c., 131

71 cf. Ioh. 13,26–27.

71 1. Cor. 11,30

72 Petrus Lombardus, Collectanea in Epistolam I ad Corinthios, c. XI, MPL 191, 1648

74 Ps. 50,19

76–77 cf. Pseudo-Ambrosii (Ambrosiaster) Commentaria in Epistolam b. Pauli ad Corinthios primam, c. XI, MPL 17, 244

78 dictum Gratiani ad C. 1 q. 1 c. 95, Friedberg I, 392, cf. C. 1 q. 1 c. 90, Friedberg I, 391; cf. Sophronii Eusebii Hieronymi Commentaria in Sophoniam prophetam, c. III, MPL 25, 1375

81 cf. Iacobelli de Misa o.c., 131

81 Math. 9,12

84 Luc. 5,32; Math. 9,13; Marc. 2,17

88 Luc. 15,1

sponderi ad argumentum primum, quod fundatum est in suppositione et eius probacione, que cum probacione patitur calumpniam, et sic nichil probat.

- Item in argumento 2<sup>o</sup> arguunt a simili sic: „*Sicut baptisacio Spiritus precepta est cuncto populo cristiano in baptisacione sacramentali, sic manducacio corporis Cristij realis et spiritualis in sacramentali*“ etc. Cum reverencia negatur similitudo, nam Cristus cum baptisacione spirituali expressit et precepit sacramentalem dicens Iohannis 3<sup>o</sup>: „*Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu*“, et non sic expressit et precepit manducacionem sacramentalem cum spirituali. Eciam non est simile, quia manducacio spiritualis est sine sacramentali et salvantur per eam, ut dictum est, sed baptisacio spiritualis non est sine sacramentali, ut sancti dicunt. Salus enim non potest esse in parvulis sine baptisacione sacramentali. Unde Augustinus De baptismo parvulorum et ponitur De consecracione distincione III<sup>a</sup>: „*Nulla preter baptismum Cristi salus promittitur infantibus. Si per sacramentum, quod ad hoc divinitus est institutum, | in credencium numerum non transeant, in tenebris manent.*“ Et idem ibidem deducit, quod in baptisacione sacramentali datur remissio peccatorum mortalium et gracia Spiritus Sancti infunditur, quod tamen non fit in manducacione sacramentali, quia manducacio sacramentalis presupponit remissionem peccatorum et infusionem graciae, ut pretactum est in auctoritate Gorre. Et ad istorum intellectum meliorem Augustinus loquens de baptismo De fide ad | Petrum sic loquitur: „*Qualitas male vite ab infidelitate incipit, que ab originalis peccati reatu incium sumit. In quo quisquis ita vivere incipit, ut ante finiat vitam, quam ab eius obligacione solvatur, si unius diei, vel unius hore spacio anima illa vixerit in corpore, necesse est eam cum eodem corpore interminabilia gehenne supplicia sustinere, ubi dyabolus cum angelis suis in eternum est arsurus.*“ Idem in Enchyridion: „*Quicumque ab illa perdicionis massa, que facta est per hominem primum, non liberantur per unum mediatorem Dei et hominum, resurgent quidem et ipsi unusquisque cum sua carne, ut cum dyabolo et angelis*

93 Sicut : Sic D — 107 fit : sit Mk — 110 De : et De D — 111 quisquis : quisque D — 113 vixerit : vixit D — 114–115 est arsurus : coarsurus est Mk : cursurus est O — 115 Enchyridion : Enchiridon O — 117 dyabolo : carne D

93 Iacobellus de Misa, o.c., 132

97 Ioh. 3,5

103 Aurelius Augustinus, De peccatorum meritis et remissione, et de baptismo parvulorum, l. I, c. XXIII, XXV, MPL 44, 128, 129 = De consecr. D. 4 c. 142, Friedberg I, 1408

105 cf. Aurelii Augustini o.c., l. II, c. VII, XXVII, MPL 44, 156–157, 177–178 = De consecr. D. 4 c. 146, Friedberg I, 1408–1409

109 cf. lin. 37

110 Pseudo-Augustinus (Fulgentius Ruspensis), De fide ad Petrum sive De regula verae fidei, c. III, MPL 40, 764–765, MPL 65, 688

115 Aurelius Augustinus, Enchiridion ad Laurentium sive De fide, spe et charitate, c. XCII, MPL 40, 274

O 98v | *eius puniantur.* Idem ad Petrum: „*Firmissime tene non solum homines ratione utentes, verum etiam parvulos, qui in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam de matribus sint nati sine sacro baptismo, quod datur in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, de hoc seculo transeunt, sempiterno igne puniendos.*“ Ex iam dictis auctoritatibus patet intelligenti, quod hoc argumentum secundum non valet nec est similitudo, ymmo hoc argumentum posset multos inducere in errorem. 120

Ad auctoritates, quas allegant, et specialiter Cypriani et Alberti, si sunt verba ipsorum in forma, possem eas negare, nam et adversarii sanctos et alios doctores modernos, qui accepti sunt ab ecclesia, reiciunt. Sed tamen sic breviter dico, quod sancti et alii doctores manducare et bibere sub bina specie non precipiunt, sed in manducatione memoriam Christi passionis precipiunt et fundant se in verbis Christi, qui dixit: „*Hoc facite in meam commemorationem*“, et Apostoli 1<sup>a</sup> Corinthiorum XI. Et pro isto expresse est Ieronimus et Bernhardus in tractatu ad Petrum, que causa brevitatis obmitto. Hec scribo, sed sto ad informationem meliorem, si qua est ex verbis Christi ac suorum | sanctorum apostolorum et sanctorum doctorum, qui de hac materia multa scripserunt. Quatuor enim sunt gravia in sacra Scriptura, circa que qui errat non est leve peccatum, scilicet de sancta Trinitate, de predestinatione, de incarnatione Christi et de venerabili sacramento, circa quod tempore sanctorum doctorum multe currebant hereses. Alii enim dividebant sacramenta ut Nestorius, de quo late loquitur Bernhardus in suis epistolis, alii ordinem non servabant, sed singulis dividebant, prout volebant, de quibus loquitur beatus Augustinus De civitate Dei dicens: „*Videns enim dyabolus templa demo-*“ 125

Mk 156r | 130

D 153v | 135  
140

118 non : quod non Mk — 120 sint : scilicet O, Mk — 122 auctoritatibus : auctoribus O — 128 quod om. D — et bibere om. Mk — 131 expresse est : est expresse D, Mk — 133–134 sanctorum doctorum : doctorum sanctorum D — 134 enim sunt : sunt enim Mk — 135 qui errat : errant Mk — peccatum : peccatum, sed grande D — ad verbum scilicet add. credere D — 136 predestinatione : incarnatione D — incarnatione Christi : predestinatione D — et de : de om. O — 138 late om. D — 139 non om. D

118 Pseudo-Augustinus (Fulgentius Ruspensis), De fide ad Petrum sive De regula verae fidei, c. XXVII, MPL 40, 774, MPL 65, 701 = De consecr. D. 4 c. 3, Friedberg I, 1362

125 cf. Iacobelli de Misa o.c., 134–135

125 cf. Thascii Caecilii Cypriani Epistolam LXIII, 1, CSEL 3, 701

125 cf. Alberti Magni Librum De sacramento Eucharistiae, d. III, tr. II, c. V, Opera XXI, Lugduni 1651, 62

130 Luc. 22,19; 1. Cor. 11,24

131 cf. Pseudo-Hieronymi Commentarium in Primam epistolam ad Corinthios, c. XI, MPL 30, 752<sup>\*</sup>

131 cf. Pseudo-Bernardi Sermonem de excellentia ss. sacramenti et dignitate sacerdotum, c. 6, MPL 184, 984–985

138 cf. Bernardi Claraevallensis Epistolas 330, 331, 332, 336, 338, MPL 182, 536–538, 540, 543

140 Aurelius Augustinus, De civitate Dei ad Marcellinum contra paganos, l. XVIII, c. LI, MPL 41, 612–613

*num deseri et in nomine liberantis mediatoris currere genus humanum movit hereticos, qui sub vocabulo cristiano doctrine resisterent cristiane. Qui enim in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera docmata emendare nolunt, sed defensare persistunt. Heretici fiunt et habentur in exercitibus inimicis. Et hii eciam sic malo suo prosunt veris katholicis, dum Deus utitur eciam malis bene, et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Omnes enim inimici ecclesie, vel errore cecati, vel malicia depravati, prosunt, quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent pacienciam. Si vero male senciendo adversantur, exercent eius sapienciam.*" Ab adversario enim mota questio discendi existit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam pertinencia dum hereticorum | calida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligencius et intelliguntur clarius et predicantur instancius. Hereticorum enim genus callidum non spiritu sapiencie, sed inpaciencie, dum pacem catholicam perturbat, in usum cedit proficiencium, secundum illud filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro utetur. Ideo idem Augustinus dicit De vera | religione: „*Utamur eciam hereticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut catholicam doctrinam adversus eorum insidias asserentes vigilanciores et cauciores simus.*“ Prosunt ergo nobis heretici | non verum docendo, quod nesciunt, sed ad verum querendum et aperiendum catholicos excitando, ideoque divina providencia hereticos multos esse permittit, ut cum insultant nobis et interrogant nos, que nescimus, sic excuciamus pigriciam et divinas Scripturas nosse cupiamus. Idem Augustinus: „*Hereticus vero est, qui alicuius temporalis comodi et maxime glorie principatusque sui gracia falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur. Qui autem huiusmodi credit, ymaginacione veritatis ac pietatis illus est.*“ Ideo tempus periculosum est nec scit se homo quo divertere. Nam si antiqui hanc opinionem, que nunc currit, ignoraverunt et precepto contrariabantur, dampnati sunt, quia ignorancia non excusat peccatum, ymmo ignorans ignorabitur. Et Veritatis voce dicitur: „*Servus sciens voluntatem etc. plagis multis vapulabit. Et nesciens volun-*

**141** movit : monuit Mk — **148–149** potestatem : partem D — **150** exercent : exercentes Mk — **152** inquietudine : inquietudine Mk — **155** cedit : sedit Mk — **156** dicit om. D — **162** sic em. : ut sic codd. — **164–165** Qui autem huiusmodi : Huiusmodi autem qui D — **165** tempus : ad tempus Mk — **166** antiqui : aliqui D — **169** multis vapulabit : vapulabit multis Mk : etc. O — **169–170** voluntatem : voluntatem Domini Mk

**154** cf. Eph. 1,17

**157** Aurelius Augustinus, De vera religione, c. VIII, MPL 34, 129

**163** Aurelius Augustinus, De utilitate credendi ad Honoratum, c. I, MPL 42, 65 = C.24 q.3 c.28, Friedberg I, 998

**168** cf. 1. Cor. 14,38

**169** cf. Luc. 12,47–48

*tatem eciam non excusatur.* Ex hiis patet, quod grave est confirmare talia et talibus ex abrupto adherere, quia melius est pie confiteri ignoranciam quam temerarie confirmare, quod nescit homo. Et Ambrosius dicit in Exameron: „*Libenter fateor me nescire, quod nescio, ymmo quod scire nichil proderit.*“ Ideo in humilitate volo expectare finem, spem firmam habens quod in hoc sequens doctores antiquos non errabo.

Item contra totam conclusionem *Magna sacramentalis cena* etc., dum comodosse haberi potest, est precepta, ergo non sumens eam, dum comodosse habere potest, peccat mortaliter, quia facit contra preceptum et potens adimplere comodosse illud. | Sed hoc expresse est contra beatum Augustinum et habetur De consecratione distincione II<sup>a</sup>: „*Dixerit quispiam non cottidie accipiendam eucharistiam, alius affirmat cottidie; faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim inter se litigaverunt aut quisquam eorum preposuit se alteri, Zacheus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam suscepit Dominum, alter dixit: Non sum dignus, Domine, ut intres sub tectum meum.*“

Ecce qui exemplo centurionis | comodosse potest habere et non accipit, meretur. Idem Augustinus confirmat hoc, ut habetur distincione V. Inter cetera dicit loquens de muliere, que menstruam patitur sangwinis: „*Si vero in fluxu sangwinis | posita laudabiliter potuit vestimentum Domini tangere, cur eciam que menstruam patitur sangwinis, non liceat ei ecclesiam intrare?*“ Et infra: „*Sancte autem communionis misterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneracione magna non presumit percipere, laudanda est, quod si perceperit, non est iudicanda. Bonarum quippe mencium est et ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia sepe sine culpa agitur, quod venit ex culpa*“ etc. Ecce quam manifeste patet ex verbis huius sancti, quod sacramentalis cena, dum comodosse haberi potest loco et tempore oportunis, non est precepta, quia potest eam meritorie non percipere. Et pono casum possibilem, ut sit homo habens tantam fidem, ut centurio habuit. Talis homo per multos dies vite sue faciat se indignum et dicat: „*Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum*

171 ex abrupto em. : ex obrupto codd. — 176 conclusionem : questionem Mk — 177 habere : haberi D — 180 Dixerit em. sec. Augustinum atque Gratianum : Dixerunt codd. — accipiendam : accipere D : accipiendum Mk — 182 quisquam : quispiam Mk — 183 se om. Mk — 186 Inter : Ita inter Mk — 187 menstruam : menstrua D — patitur : paciebatur D — 189 menstruam : menstrua D

172 Ambrosius, Hexameron, l. VI, c. II, MPL 14, 244

180 Aurelius Augustinus, Ad inquisitiones Januarii liber primus seu Epistola LIV, c. III, MPL 33, 201 = De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1319

187 Gregorius Magnus, Epistolarum l. XI, Epistola LXIV ad Augustinum, Anglorum episcopum, responsio beati Gregorii papae ad decimam interrogationem Augustini, MPL 77, 1194 = D. 5 c. 4, Friedberg I, 8

190 Gregorius Magnus, o.c., MPL 77, 1195 = D. 5 c. 4, Friedberg I, 8–9

198 cf. Matth. 8,8



200 sacramentaliter<sup>a</sup>, et sic moriatur instantanee. Quero, an peccavit talis homo vel  
 an fuit transgressor precepti, quod non manducat cenam sacramentalem? Si pec-  
 cat, tunc Cristus male et erronee laudavit fidem centurionis, si non peccat, | ha- D 155r  
 beo intentum, quod *Magna cena sacramentalis etc. non est precepta*. Et quod  
 talis homo non debeat iudicari peior illo, qui cum Zacheo Cristum accepit, patet  
 ex auctoritatibus Augustini prius allegatis. Nam alter *alteri se non preposuit*, in  
 205 2<sup>a</sup> *si ex veneracione magna non presumit*, laudandus est. Sed diceret adversarius:  
 Adminus semel in vita vel aliquociens, dum comodosse haberi potest, est precep-  
 tum. Tunc staret, quod aliquando comodosse posset habere et ex humilitate nolens  
 percipere, non faceret contra preceptum, quod est expresse contra conclusionem.  
 Timendum est ergo, ne multi nunc essent de numero talium, de quibus loquitur  
 210 beatus Augustinus De verbis Apostoli: „*Multi de isto profundo querentes reddere  
 rationem atque secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iu-  
 dicatorum Dei cogitare conantes in fabulas vanitatis abierunt.*” Et infra: „*Jerunt  
 | hii tales post cogitaciones suas et volentes disputare de Dei profundo mersi sunt* Mk 157v  
*in profundum.*” Et infra: „*Melior est ergo fidelis ignorancia quam temeraria  
 215 sciencia.*”

Item pro illa auctoritate Iohannis VI<sup>o</sup>: „*Nisi manducaveritis*” etc. Ex illa enim  
 trahere volunt, quod sub speciebus sacramentalibus manducare et bibere esset  
 preceptum. Crisostomus Omelia 47<sup>a</sup> super Iohanne sic loquitur: „*Spiritus est, qui  
 | vivificat, caro non prodest quidquam.*” Et infra: „*Oportet ea, que de me sunt,* O 100r  
 220 *spiritualiter audire. Qui enim carnaliter audit, nichil proficit neque lucro potitus  
 est. Carnale vero erat hoc, id est dubitare, qualiter de celo descendit, et hoc, id  
 est estimare, quoniam filius est Yoseph, et qualiter potest nobis carnem dare  
 manducare. Hec omnia carnalia oportebat mystice | et spiritualiter intelligere.*” D 155v  
 Et infra: „*Verba, que ego locutus sum vobis, spiritus sunt et vita. Quid sibi est,  
 225 spiritus sunt? Spiritualia sunt, nichil habencia carnale neque consequenciam na-*

201 laudavit : mandavit Mk — 202 Magna cena : Cena magna D — 207 habere : -re *suprascriptum*  
 verbo haberi D — nolens : volens Mk — 210 Multi : Multo O : om. D — 218 47<sup>a</sup> : 4<sup>a</sup> Mk — Iohanne  
 : Iohannem Mk — 222–223 et qualiter...Hec om. O — 224 sunt et vita : et vita sunt D

204 cf. lin. 180, 187, 190

210 cf. Aurelii Augustini Sermonem de Scripturis CLXV (Sermo de verbis Apostoli 7), c. V, MPL  
38, 905

‡12 *ibidem*

214 Aurelius Augustinus, Sermo de Scripturis XXVII (Sermo de verbis Apostoli 20), c. III, MPL  
38, 179

216 Ioh. 6,54

217 cf. Iacobelli de Misa o.c., 132–133

218 Ioh. 6,64

219 cf. Joannis Chrysostomi Homiliam XLVII in Joannem, MPG 59, 265

224 cf. *ibidem*

*turalem, sed eruta sunt ab omni tali necessitate, que in terra et in legibus, que hic posite sunt, alium autem habent intellectum et alternum.*“ Ex verbis huius sancti intelligens potest trahere sensum catholicum, quod Christus illa verba Iohannis VI<sup>o</sup> „Nisi manducaveritis“ etc., ut aparet, solum locutus est ad spiritualem et divinam manducacionem preceptive. Unde dicit Crisostomus, quod ista *sunt spiritualia, nichil habencia carnale*, hoc est sensibile, et *habent alium intellectum*, id est spiritualem, ut idem dicit. Et pro isto est Ieronimus, ut habetur De consecracione distincione II<sup>a</sup>: „*Dupliciter intelligitur caro Cristi, vel illa, que crucifixa est et sepulta, vel spiritualis illa atque divina, de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus etc., et: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis etc.*“ Ex hiis ad auctoritatem Augustini, quam allegant pro se Omelia 23<sup>a</sup> super Iohanne super dicto verbo, et concludendo dicunt, quod ista verba Iohannis *de utraque manducacione simul debent intelligi preceptive*, apparet michi pronunc dicere, quod false secundum caput proprium asscribunt Augustino ista verba intelligere de utraque simul preceptive, et timeo, ne volentes plus sapere, quam oportet sapere, multos inducant in errorem, nam Augustinus manifeste ista verba exponit de sola manducacione spirituali, que omnibus est sub precepto. Ponitur enim De consecracione distincione III<sup>a</sup>, ubi sic loquitur ad Bonifacium contra heresim Pellagianorum „*Nulli aliquatenus*“, et prius dictum est.

| Item ad auctoritatem Remigii apparet michi, quod magnam | iniuriam faciunt beato Remigio dicentes, quod *indicit necessitatem sumere sub speciebus sacramentalibus*. Ad suum enim placitum verba pauca sumpserunt, sed caudam, in qua se clare exponit, abstraxerunt. Unde in Omelia super Iohanne VI<sup>o</sup> sic dicit: „*Cibus iste spiritualis et potus ita sumentes saciat, ut nesciant iterum esuriam, quoniam eos, a quibus sumitur, immortales et incorruptibiles facit. Nam per hunc cibum promeretur sanctorum perfecta societas, ubi est plena pax, et illa beata ac consors electorum unitas, quam comendat Apostolus dicens: Unus panis, unum corpus multi sumus in Cristo. Ad hanc denique demonstrandam Dominus et Re-*

228 potest om. D — 230 preceptive : preceptum Mk — 236 ad om. D — 240 de utraque om. D — preceptive : preceptiva Mk — 244 Pellagianorum : Pellegianorum D — 252 consors : concors Mk

229 Ioh. 6,54

233 cf. Sophronii Eusebii Hieronymi Commentaria in Epistolam ad Ephesios, l. I, c. I, MPL 26, 451 = De consecr. D. 2 c. 49, Friedberg I, 1332; cf. etiam Petri Lombardi Sententias, l. IV, d. VIII, MPL 192, 857

236–237 cf. Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatum XXVI, MPL 35, 1613–1614

237–238 Iacobellus de Misa, o.c., 134

244 vide lin. 48

245 cf. Remigii Antissiodorensis Homilias Quadragesimales, MS bibl. Univ. Prag. X A 13, f. 69<sup>r</sup>

246 Iacobellus de Misa, o.c., 136

248 Remigius Antissiodorensis, o.c., f. 69<sup>v<sup>a</sup>-b</sup>; cf. etiam Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatum XXVI, MPL 35, 1614

Mk 158r  
D 156r

255 *demptor noster corpus et sangwinem suum ex illis rebus voluit consecrari, que  
 ex multis particulis | ad unum aliquid rediguntur. Nam panis ex multis granis O 100v  
 conficitur, vinum ex multis uvis etc. Sic unitas ecclesie, que est corpus Cristi, ex  
 multis fidelium personis constat.* Et sequitur: „*Iam vero consequenter, quomodo  
 illud fiat et quid sit manducare corpus et sangwinem eius bibere, exponit dicens:  
 Qui manducat, inquit, meam carnem et bibit meum sagwinem, in me manet et*  
 260 *ego in eo. Hoc autem profecto est hanc escam manducare et hunc potum bibere  
 manere in Cristo et Cristum in se mansorem habere. Atque ideo peccator aliquis  
 et indignus, qui non manet in Cristo et in quo non manet Cristus, licet carnaliter  
 et visibiliter manducet et sacramentum corporis Domini dentibus atterat et in  
 viscera transfundat, non tamen spiritualiter manducare credendus est neque enim*  
 265 *ad salutem, sed ad iudicium tanto participat sacramento, qui indignus et macula-  
 tam habens conscienciam presumit ad terrificum et vivificum propinquare miste-  
 rium, quod nullus alius digne sumit, nisi | qui mundum cor habere studuerit D 156v  
 Domino dicente: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Ex verbis  
 huius sancti patet, quod qui vult hoc consilium, quod amicis datur secundum  
 270 *Ambrosium, et illud Salomon „edite, amici mei, et bibite et inebriamini, karis-  
 simi,“ adimplere, scilicet ut manducaret et biberet sub speciebus sacramentalibus,  
 prius debet beatus esse. Ideo in magno timore ad hanc mensam debet accedere  
 homo nec debet dicere se per hoc preceptum Dei adimplere, quia nescit, utrum  
 digne vel indigne accipit. Nam si dicit se per hoc preceptum Dei et legem adim-  
 275 *plere, sine dubio scit se digne accipere et scit se Deo placere per hoc factum, et  
 per consequens scit se dignum amore et non odio, quod est expresse contra scrip-  
 turam utriusque Testamenti. Salomon enim dicit: „Nescit homo, utrum odio vel  
 amore sit dignus.“ Et verus Salomon Christus Iesus dixit discipulis suis: „Cum  
 omnia bene feceritis, dicite: Servi inutilēs sumus.“**

254 consecrari : consecrare Mk — 256 uvis *om.* O — 260 profecto : pro facto O — 261 mansorem  
 : mansurum Mk — 264 viscera : visceribus D — credendus : credendum Mk — 265–266 maculatam  
 : immaculatam D — 269 hoc *om.* D — 270 et bibite *om.* D — 277 utriusque : utrimque O — 278 suis  
*om.* O — 279 sumus : sumus etc. D : sumus. Amen Mk

257 Remigius Antissiodorensis, *o.c.*, f. 69<sup>v</sup><sup>b</sup>; *cf. etiam* Aurelii Augustini In Joannis evangelium  
 tractatum XXVI, MPL 35, 1614–1615

270 *cf. lin. 56*

270 Cant. 5,1

277 Eccles. 9,1

278 Luc. 17,10